



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Felicitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

cubito lapidum tumulo innititur, dextera ramum oleæ habet: inscriptio, HISPANIA, quo exergo-
Anti. li. 6. mento pacata quietaq; provincia subintelligitur. In eiusdem alio, signum est cum olea in lava, cum
 genio in dextera, quod forte refertur ad augurium ex oliva, sorte sibi oblatum, unde aspirare cogit
 ad Imperium, fortibus Virgilianis fretus, cum ei versus illi obvenerent:

*Quis procul ille autem ramis insignis olive
 Sacra ferens? nos quo crines, incanaq; menta
 Regis Romani, primus qui legibus urbem
 Fundabit, Curibus parvis, & paupere terra
 Missus in imperium magnum.*

Quibus quidem ramis olive insignem Maro fingit Numam ab Anchise præcognitum, cui ob justitiam & integritatem nemo umquam bellum intulit, ipse ultro pacem semper fovit. Quocirca Hadrianus Imperio potitus & quæ pacis studiosus fuit, expeditiones enim sub eo graves nullæ fuerunt, bella etiam silentio pene transacta. In numo vero Severi Pii Augusti togatum est simulacrum cum oleæ ramo cuius inscriptio, FUNDATOR PACIS. Quamvis vero vidisse juret in Maximiani numo simulacrum quod oleam præterdit, cum inscriptione. PAX AUGUSTI: Illud tamen mihi magis aridet, quod in numismate Philippi patris sigillum illud est olive ramum tollens, cum inscriptione, PAX ÆTERNA.

FELICITAS CAP. IV.

Quoniam vero olea adjecta caduceo felicitatis hieroglyphicum habeatur, multa veterum numismata indicio sunt, quæ in ipsius Caducei Commentario continentur. Apud Pausaniam legas Pacem gestare in ulnis Plutonem puerum pectori appressum, eo quidem significato quod pax opulentiam alit, educatque: ubi vero opulentia, ibidem & maxima felicitatis pars, eaque nimirum omnibus expetita.

CONDONATIO. CAP. V.

olea in sacris hieroglyphica. I N Divinis Hebraicæ vetustatis monumentis oleum condonationis, veniæ, ac misericordie signum habetur. Et in Evangelica historia Assertor noster condonaturus adulterii poenam mulieris, quæ rea agebatur à Pharisæis, ex olive in templum perrexit. Et apud Athenæum non abimile, & similia quæ tamen omnia ex Hebræorum sacris de prompta sunt, quibus jubemur crustulum absque fermento quod oleo sit irroratum, offerre Deo. Et alibi, ubi anima donum offert, similia erit quæ oblatio, fundetq; super eam oleum, & panes absque fermento consperfas oleo. Et alibi oleum esse pro peccato legis, & huiusmodi pleraque, quæ omnia delictorum huiusmodi condonationem indicant: quidem. ut Adamantius ait, omnis anima eget oleo divinae misericordie, ut sospitari possit. Hinc Hilarius super Matthæo. Oleum fructum misericordie cælestis esse, propheticus quoque sermo proficitur. Ergo cum ieiunamus, oleo caput nostrum inungemus, bonis quippe operibus caput nostrum, id est, vitam nostram sensus ornabimus: quia intelligentia omnis in capite est. Jam, ut Hierosolym. Helychius interpretatur, fere passim in Levitico superfluum oleum pro elemosynis accipitur, uti thus, orationes, & preces interpretantur. Quod vero scriptum est animam quæ peccaverit, offerre donum similitam cum oleo, virum nulla vel ingenii sublimitate, vel doctrinæ gratia præditum, sed vitam tantum hominem profectum, alio qui vel mercaturæ, vel agricolationi, vel piscari, aut militia, aut sellulari artibus deditum. Cyrillus intelligit, qui simplicitatem suam, cuius similia est indicium, quarat Deo per oleum divinæ misericordie commendare. Neque prætereundum quod aliquorum historiae prodiderunt, Augusti temporibus è taberna meritoria trans Tiberim oleum erupisse terra, totaq; die nulla intermissione fluxisse: quod forsitan ad ortum Christi, & eam quæ subsecuta est mortuum, quæ summa eius fuerit misericordia, redemptionem, & gratiam per omnem terrarum orbem longe lateq; diffusa, referri potest. Sunt qui de fossa in terram cadente fluvium illud olei fuisse dicant, cumque apotheca, ubi vas condita.